

LEONARDUS HUNTPICHLER

Österreich (Wien), 1469-1470 Seite 30v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5349
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">

etiam de minimis usque ad ultimum quadrantem. Unde ysaie 3o. Dns ad iudicandum veniet cum senioribus populi sui et principibus eius. Item Zach. xiiij. Veniet dominus deus meus omnesque sancti cum eo videlicet ad iudicium generale quod erit in publico coram omnibus et non in occulto. Et igitur tanto magis est timendum. Unde Sophonie 3o. Mane mane iudicium suum dabit in lucem et non abscondetur. Erit ergo ratio multiplicanda generaliter de cunctis. Sequens inquisitio vis quinta determinat in speciali de sex de quibus nos oportebit reddere rationem scilicet de anima a deo nobis data et commissa 2o de corpore nostro 3o de proximis 4o de omnibus operibus seu de omissionibus nostris. Quinto de bonis pretermissis seu negligentiis nostris. Sexto de omnibus donis a deo receptis. Sequens inquisitio declarat primum propositorum

tur reddenda